Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



iste qui quasi flumen ascendit et
uelut fluuiorum inundantium fur
gites eius. Egyptus uelut flumi
na ascendit et uelut fluuiorum mo
uebuntur fluctus eius et dixit. As
cendam operiam terram perdam
ciuitatem et habitatores eius. Ascen
dite equos et exultate in curribus
et procedant fortes eius ethyopie
et libie tenentes scutum et ludi ens
pientes et iacientes sagittas. Dies
autem ille domini dei exercituum
dies ultionis ut sumat uindictam
de inimicis suis. Deuorabit gla
dius et saturabitur et inebriabitur
sanguine eorum. Victima enim do
mini exercituum terra aquilonis
iuxta flumen euphraten. Ascende in
galaad et tolle uerbenam uirgo filia
egypti. frustra multiplicabis me
dicamina. sanitas non erit tibi. au
dierunt gentes ignominiam tuam
et ululatus tuus repleuit terram
quia fortis infirmus in fortem cam
po pariter corruerunt. Verbum
quod locutus est dominus ad
hieremiam prophetam super eo q
uando uenturus esset nabuchodono
sor rex babilonis et percussurus terram
egypti. Annuntiate egypto et audi
tum facite magdalo et resonet in
memphis et taphnis dicite. Sta
et para te quia deuorabit gladius
eas que circuitum tui sunt. Et
quare computruit fortis tuus
et non stetit quoniam dominus
subuertit eum. Qui
multiplicauit ruentes cecidit quidam ad
proximum suum et dixerunt. Surge et
reuertamur ad populum nostrum
et ad terram natiuitatis nostre a facie
gladii columbe. Vocate nomen
pharaonis regis egypti tumultum
ad diuersa tempora. Viuo ego inquit
rex. Dominus exercituum nomen eius
quoniam sicut thabor in montibus
et sicut carmelus in mari uenient. Pa
ra tibi transmigrationis uas habitatrix
filia egypti. quia in cuneis multos
dies eris. et deseretur in habitaculis.
Vitula elegans atque formosa egypti.
stimulator ab aquilone uenit ei.
Oberemam quoque eius qui conduc
bantur in medio eius quasi uitu
li saginati uersi sunt et fugerunt
simul nec stare potuerunt. quia
dies interfectionis uenit eorum tem
pus ultionis eorum. Vox
eius quasi erit sonabit quoniam
cum exercitu properabunt et cum
securibus uenient ei quasi lignato
res succidentes succiderunt saltum eius
ait dominus. qui supputari non po
test. multiplicati sunt super locustas
et non est in eis numerus. Confusa
est filia egypti. tradita in manu
populi aquilonis. Dixit dominus
exercituum deus israhel. Ecce ego ui
sitabo super tumultum alexandrie et
super egyptum et super deos eius et su
per pharaonem et super reges eius. et
super eos qui confidunt in eo et da
bo eos in manus querentium animas
eorum et in manus nabuchodono